

## HEPAR SULPHURIS.

℞. Sulphuris part. ij.

Salis alcalini fixi puri part. j.

Mixta injiciantur in crucibulum, ut fluant in igne. Probe unita massa eximatur, & frige-  
facta illico indatur vitro exacte claudendo.

INFUSUM *sive* AQUA ANGELICA.

℞. Cremoris Tartari dr. ij.

Solvantur in

Aquæ bullientis unc. viij.

In ipsa ebullitione adjiciendo

Mannæ electæ unc. ij.

Tartari tartarifati dr. iß.

His tandem solutis adde

Succum pomi unius citri.

Et infunde fervide super Corticibus ejusdem  
pomi recenter concisis.

Stent in vase clauso per quadrantem horæ.

Clarificatum dein albumine ovi, & per  
chartam emporeticam calide filtratum exhi-  
beat.

INFUSUM *sive* AQUA LAXATIVA.

℞. Foliorum Sennæ dr. vj.

Cre-

Cremoris Tartari dr. j.

Seminis anisi stellati leviter contusi dr. β.

Mista infundantur cum

Aquæ fervidæ s. q.

Stent per quadrantem horæ; dein ebulliant  
aliquantulum, ut colatura fortiter expressa sit  
unciarum sex, in qua solve

Mannæ electæ unc. ij.

Demum clarificatum ac colatum exhibea-  
tur.

### INFUSUM LAXATIVUM ALIUD

*vulgo*

#### HYDROMEL INFANTUM.

℞. Foliorum Sennæ unc. iβ.

Radicis Ireos florentinæ.

Liquiritiæ.

Passularum majorum.

Caricarum ana unc. j.

Anisi stellati dr. j.

Infunde in sufficienti quantitate aquæ servi-  
dæ per horam, dein ebulliat parumper, ut  
colatura sit libræ unius, in qua solve

Sacchari albi unc. ij.

Et clarificatum exhibe.

M 4

IN-

## INFUSUM seu SANGUIS

CICHOREI SIMPLEX.

℞. Herbae Cichorei unc. β.

Salis Tartari gran. xv.

Infunde per noctem in

Aquaë ebullientis unc. iv.

Dein forti expressione coletur, &amp; exhibetur.

In ipsa infusione si addantur

Rhei electi scrup. ij.

Habetur idem INFUSUM CUM RHABARBARO dictum.

## INFUSUM ROSARUM.

℞. Florum Rosarum pallidarum recentium  
libr. vj.

Adfundantur

Aquaë fontanaë bullientis libr. xij.

Stent per viginti quatuor horas in infusione, dein colatura fortiter expressa infundatur eodem modo supra novos flores, idque tertia vice repetatur. Colatura demum ultima servetur in lagenis angustioris colli, superaffuso oleo.

IN-

INFUSUM <sup>ſerā</sup> TINCTURA  
PAPAVERIS ERRATICI.

℞. Florum Papaveris erratici unc. iβ.  
Irrorentur

Spiritus Vitrioli gtt. xv.

Adde  
Sacchari canarini unc. j.

Et infunde cum

Aquæ florum Papaveris Rhoeados ferven-  
tis libr. j.

Infusum frigefactum coletur, & exhibeatur.

KERMES MINERALE

*ſive*

PULVIS CARTHUSIANORUM.

℞. Antimonii crudi in frusta minora comminu-  
ti q. v.

Injice in fartaginem ferream.

Adde quadruplum circiter ſalis Tartari, &  
aquæ communis ſufficientem quantitatem; ebul-  
liant ſimul per tres aut quatuor horas. Dein  
fervidus liquor per chartam emporeticam fil-  
tretur, ubi ex eodem refrigerato ad fundum  
ſecedet levis ex rufo badius pulvis, qui aqua

M 5

pura